

cundum ecclesiam; et ergo erit plena luna 6^a Aprilis secundum fixationem ecclesie et dominica sequens, que est 12 Aprilis, erit dies pasce. Et ex consequenti intervallum erit 8 septimanarum et 4^{or} dierum. Quod si inter plenilunium verum et fixum non incideret dies dominica hoc anno
5 et littera dominicalis esset E aut F aut G, tunc concordia esset et nulla diversitas in die pascali quesito per utramque oppositionem. Sed quia diversitas crescit, ut tandem aureus numerus ostendet oppositionem, idcirco oportet tandem fieri reformatio kalendarii aut aliam ordinationem circa celebrationem pasce invenire, prout hec materia mota fuerit
10 in duobus consiliis, Constantiensi videlicet et Basiliensi etc.